



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Demonstrationes  
Chronologico-Historico-Juridico-Canonicæ**

**Callenberg, Caspar**

**Coloniae, 1734**

Copia Responsi Universitatis Trevirensis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63192](#)

Lit. D.

# COPIA RESPONSI UNIVERSITATIS TREVIRENSIS

**N**os Decantus, Doctores, ac Professores Collegii  
J<sup>c</sup>torum Almæ, & Antiquissimæ Universitatis Stu-  
dii Generalis Trevirensis notum facimus, & præ-  
sentium declaramus tenore Literarum, Quæstiones tres  
cum subscriptâ petitione, ut ad singulas earundem Quæ-  
stionum, Responsum Juri brevissimum daremus, & ex-  
pediremus, fuisse propositas, quarum quidem Quæstio-  
num erat

## P R I M A.

An Canonistarum Secularium singulariter extra communitatem ha-  
bitantium, & cum Canonicis Secularibus unum Capitulum consti-  
tuentium Abbatissa debeat esse triginta annorum juxta Ca-  
pitulum Indemnitatibus. 43 §. Supradicta de Election. in 6to.

## S E C U N D A,

An id ita Moraliter certum sit, & Evidens, ut nemò rectè  
contrarium docere, consulere, vel judicare possit?

## T E R T I A,

An Jus Capitis Indemnitatibus sit in viridi Observantia?  
Cum verò post maturum harum ipsarum Quæstionum ex-  
amen unanimi voto censuerimus, respondendum esse juxta  
modum sequentem, videlicet Ad

Ad Quæstionem primam, *Affirmative.*

Ad Quæstionem secundam, *Affirmative.*

Ad Quæstionem tertiam, non constare nobis de Ob-  
servantiâ Juri istius Capitis contraria:

Placuit tam in præmissæ Declarationis, quâm in hujus ad  
singulas Quæstiones datibrevissimi Responsi (cujus Rationes,  
ut primum fuerimus requisiti, justâ deductione superadde-  
mus) fidem mandare; quatenus præsentes Sigillo Collegii  
Nostrî muniantur, ac per ejusdem Collegii Notarium sub-  
scribantur. Augustæ Trevirorum die 25iâ Octobr. Anno  
Domini 1732.

(L. S.) *Ex Mandato Speciali Amplissimi,  
Prænobilis ac Consultissimi Do-  
mini Decani Collegii suprame-  
morati,*

DAMIANUS HARTARDUS KAISER,  
Notarius Sacris Apostolicâ, ac Imperiali  
Authoritatibus publicus, nec non Univer-  
sitatis Pedellus juratus m. pp.

Sigillum præsentibus appressum esse genuinum Sigillum  
Inclytæ Juridicæ Facultatis Trevirensis, ac Discre-  
tum Virum Damianum Hartardum Kaiser ejusdem  
Facultatis Notarium ac Pedellum Attestor

J. Herbert Notarius Publicus, & Almæ  
Universitatis Trevirensis Scriba m. pp.